



20

Capitulum quartum q̄ substantia nō suscipit contrarietatez nec magis nec minus licet sit subiectum v̄riusq; per sui mutacionem

Estat nunc dicere de p̄munitatibus et p̄p̄rietatibus substantie. Habet aut̄ subā duo cōmunia cum aliquib; accidētibus sc̄z q̄ nō suscipit p̄trarietatem et q̄ non suscipit magis et minus. Ad que intelligenda sciendum est q̄ quedā forme habent in se latitudinem quedam vero non. quia et forme que habent predictam latitudinem habent p̄trarietatem licet non semper sit verum in omnib;. Ad sciendum autem predictam latitudinem. Notandus q̄ in rebus spiritualibus augmentum transfer̄ a quantitate corporali. dicitur autē in quantitate corporali aliquid magnum sc̄z q̄ ad debitam perfectionē quantitatis perducit. Cū aliqua quātitas reputat̄ magna in elephāte. Sic etiam in formis dicit̄ aliquid magnū et hoc q̄ est perfectum. Perfectio autē forme potest dupliciter p̄siderari vel sc̄z ipsam formā vel s̄m p̄cipacionem subiecti. Primo mō dicit̄ ipsa forma parua vel magna. vt parua vel magna albedo. Secūdo mō dicitur magis vel minus album. forme que dese sunt indeterminate vt magis vel minus seu p̄fecti et imp̄fecti sunt in subiecto ille dicit̄ habere predictā latitudinem et predictos gradus intensiois et remissionis. Ad sciendum autē que sint iste forme. Nota q̄ in forma tria possumus p̄siderare. Primo si agens potest se diuerso modo habere ad eam. Secūdo si subiectū eaz recipiens aliquādo sit magis vel minus dispositū ad ipaz. Tercio mō q̄liter ipsa forma p̄cipat̄ a subiecto.

L iij

in forma p̄cipat̄ a subiecto